John de Bolton

379 SERENI, OPERA, Editio princeps, s.d.

*

Esc pare
before 1484
1st Ed. O|P|5

NA.3.

~~OO.1.35~~

Leaves 21-2 (middle of 3rd gathering) wrongly bound after leaf 12 (middle of 2nd gathering).

7495

SERENUS SAMONICUS (QUINTUS).

7495. Liber medicinae. [Ed. by Joannes Sulpitius.]

[Printer of Vitruvius of 1487. Rome.] n. d.

8°; sigs. [ab[8] c[10]]; 26 leaves; 24-6 lines; roman characters; capital-space on 2[a].

1[a]; [blank.] 1[b]; Sulpitius Verulanus ad || unumquemqꝫ lectorem: || . . . [verses, followed by a note on the life of Serenus.] 2[a]; QVINTI SERENI SAMMONICI || LIBER. 25[b], l. 17 [Colophon]; Q. SERENI SAMMONICI || FINIS. Ordo foliorum. || Primū uacat || . . . Sic lacerat. 26[a]; Quedam emendāda . . . l. 21 [End]; . . . per se quisqꝫ facile animaduertet. 26[b]; [blank.]

Hain-C. 14698. Proctor 3950. B.M. Assigned by Proctor to George Herolt and by B. M. Inc., iv, pp. 124, 126 to Eucharius Silber. Hermann Degering (in 'Wiegendrucke und Handschriften. Festgabe Konrad Haebler', Leipsic, 1919, p. 182) has shown that this is the last of seven books produced by the anonymous printer of the 'De architectura' of Vitruvius [Rome, 1487], and cannot be assigned to either Herolt or Silber.

Ornamented initial P on leaf 2[a] inserted with pen. MS. notes in margins. Inscribed at end: Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento [probably the Italian author, Parrhasius, 1470–1534]. Leaves 21–2 misbound after leaf 12.

Bt. at Sotheby's, 10 June, 1915. [W. O.]

See notes to nos. 5433-4.

Editio Princeps

The first Edition of the poems of Serenus according to Choulant was printed sine loco et anno in 4to or large 8vo at Milan in black letter before the year 1484. This edition is very scarce and is said by Panzer (Ann: Typ vol II p 555) to have been printed at Rome — [illegible]

Sulpitius Verulanus ad
unumquemq; lectorem:

En tibi phoebei reuirescit musa Sereni:
Carmine qui & medicae claruit artis ope.
Húc lege: nam disces multos depellere morbos:
Et medico & docto saepe fruere sene.

QVINTVM Serenum Sammonicum: Gordiani iunioris praeceptorem fuisse: illumq; usq; adeo dilexisse: ut ei suã bibliothecã: ad. lxxii. milia librorum reliquerit: auctor est Aelius Spartianus: Qui qdem in uita Antonii Caracallae inqt: Occisi sũt & in balneis plures: & in Coenis: inter quos: Sammonicus Serenus: cuius libri plurimi ad doctrinam extant. Macrobius quoq; libro Saturnalium tertio: Carmina quedam de urbibus deuouẽdis: earumq; deis euocandis: in libro quinto reconditorum Sammonici Sereni: repperisse se ait. Fuit autem uir eruditionis omniuage. & summe apud sui temporis principes auctoritatis. Scripsit & lyrica ut refert Servius aenei. li. ii. in [illegible] histor.

QVINTI SERENI SAMMONICI LIBER

PHœbe ſalutiferum : quod pāgimus aſſere carmen.
Inuētūq; tuū ꝓmpto comitare fauore
Tuq; potens artis:reduces qui tradere uitas
Noſcis:& in cęlum manes reuocare ſepultos
Qui colis ægeas:qui pergama:quiq; epidaurū
Qui quondā placida tectus ſub pelle draconiſ
Tarpeias arces:atq; inclita tecta petiſti.
Depellens tetros preſenti numine morbos.
Huc ades:& q̄cquid cupido mihi ſępe locutuſ
Firmaſti:cunctum teneris expone papyris
Membrorū ſeries certo deducta tenore
Vt ſtet & aſſimilis medicine defluat ordo.
Principio celſa de corporis arce loquemur:

Capiti medendo.

Balſama ſi geminis inſtillans auribus addas.
Tum poteris alacrem capitis reparare uigorē
Vel que ſeptenis cenſentur gramina nodis
Vtiliter nectes:uel corno ex arbore ſertum
Pulegiū ue potens una ſup aure locabis.
Aut illud mixto recoquas clementer aceto
Aut a nare trahes ſeu uiſco lintea tecto

Induces fronti: seu trite gramina mēte:
Spongia cū tepidis annexa liquoribus imbris
Profuit. aut hedera ex oleo colata uetusto
Profuit: & cocleis frontē tractare minutis.
Si nocuit cerebro uiolentia solis aperto
Sæpe celidonia ex acido perducta liquore
Sanauit: prosunt & amica papauera somno.
Si prius in lento madefacta terentur oliuo.

De Hemigraneo medendo.

Portio si capitis morbo tentatur acuto
Allia diuersa lana contecta per aurem
Inducta prosunt: & eodē balsama pacto
Allia uel triti piperis tria addita grana
Trita lines: certā dabit hec tibi cura salutem

De porrigine depellenda.

Est insensibilis morbus & noxia forma
Cum caput īmensa pexum porrigine ningit
Copia farris uti frondentibus ædita saxis.
Hanc poterit malue radix decocta leuare
Aut tu finiculū: nitrumq; & sulphura uiua
Contere: deinde caput permixtis ablue cūctis
Furfuribus ue nouis durum miscebis acetum.
Vt uarios crines: tali de sanguine cures.
Prodest & tarda demptus testudine sanguis
Et prodest cedro dimissus ab arbore succus:

Deſinet interea glomerari ferrea nubes
Ceſſabitq; grauis crebre pruriginis imber

De capillo tingendo. cap. 5.

Quos pudet etatis longe quos ſancta ſenectus
Offendit: cupiunt proprios abſcondere canos
Et nigrum crinem ſucco ſimulare doloſo
His prodeſt acri contrita cupreſſus aceto.
Vel frons lentiſci uel triſtia poma ſabuci
Lūbrici quoq; terreſtres miſcentur oliuo
Et iuuenem preſtant rediuiuo flore capillum
Preterea niueum poterit depellere crinem
Reſina ex facili terra uiſcoq; coacta
In pulchram ſpeciem nigros flaueſcere crines
Vnguento ciceris predixit Tullius auctor
Si pregnans artus captiui ſoricis edit
Dicuntur fœtus nigrantia lumina tingi.

Pthiriaſi arcende. cap. 6.

Noxia corporibus quedam de corpore noſtro
Progenuit natura uolens abrumpere ſomnos.
Senſibus & monitis uigiles intendere curas
Sed quis non paueat pherecidis fata tragedi
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit: turpi miſerum que morte tulerunt.
Sylla quoq; infelix tali langore pereſus
Corruit: & fedo ſe uidit ab agmine uinci

Sepius ergo decet mordax haurire ſinapi
Vel nitro ſale permixtis acidoqꝫ liquore
Laxatis ut ſint ſimul allia tangere corpus
Aut lachrimis hedere: aut ſucco perducer̄ cedrī
Quin etiam furfur mixto medicatur aceto
Vnda maris lendes capiti deducet iniquas
Et quicquid crebri defendit ſilua capilli:

De prurigine papulis & ſcabie cap. 7

Illotus ſudor uel copia nobilis eſce
Sepe graui ſcabie correptos aſperat artus
Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatiſ
Quod facit ex aſino ſiccatus corporis humor
Nec pudeat tractare illum quē buccula fudit
Stercoris ex porco cinerem cōfundito lymphis
Sic pauidum corpus dextra parcente foueto
Proderit ex oleo puluis: quem congerit altum
Dulcibus e latebris patiens formica laborum
Conuenit hinc tepido lita tradere corpora ſoli
Feruentes papulas ſapyro curaro liquenti
Aut acido baccho miſcebis farra lupini
Atqꝫ hoc in calido percurres membra lauacro
Pruritus autem ſalſos leuat humor aceti
Siue maris auidi ſudor: cocleeqꝫ minute
Quarum contactu perimetur acerba libido.

Purgatio phreneſis capitis cap 8

Ex uitio cerebri phrenesis furiosa mouetur
Amissasq; refert frendens amentia uires.
Siue calens febris iactatos exedit artus
Siue meri gustus: siue frigoris efficit aura
Conueniet calidis pecudum pulmonibus apte
Tempora languentis medica redimire corona
Illotis etiam lanis sufferre memento
Ceritum sepe horrendi medicantur odores
Atq; ideo sanos primum curarier est par
Purgatur cerebrum missa radice pyretri
Vnguitur & succis dederit quos parua sabucus
Expressusq; hedera mandatur naribus humor
Aut mixtum rute cerebro stillatur acetum
Non semper presens dolor est sanabilis: esto
Cura magis prodest uenturis obuia morbis

De fluore capillorũ & maculis purgãdis.

Defluit expulsus morbo latitante capillus
Si raro lauitur seuis epota uenenis
Seu salamandra potẽs nullisq; obnoxia flãmis
Eximium capitis tactu deiecit honorem
Non nunq̃ uariant macule: paruisq; parump
Orbibus: aspersum ducit noua uulnera tp̃us
Vipereæ pellis cineres his addito rebus.
Roboreas ue pilas ursino iungito seuo
Vel testudineo mala permulceto cruore

cap. 10

Humoribus & pstrictiõibus medẽdis:
Sepe ita peruadit uis frigoris ac tenet artus
Vt uix quesito medicamine pulsa recedat
Si ranam ex oleo decoxeris abiice carnem
Membra foue parili pelles ratione rigorem
Vrtice semen perceptaq; frigora uincis
Et ceruina potest mulcere medulla rigorem
Decoctum rafani semen cum melle uorabis
Siue fel ursinum tepefacta dilue lympha.
Proderit hoc potum: seu cassis ostrea testis
Vsta dabit cinerẽ: qui pro sale sumptus ĩ escas
Decutiet gelidum calefacto uertice uirus:
Nõ nullus liquidum sumit mulsumq; sinapi
Pollutũ ore agitat pariter retinensq; uomensq;
Allia nonnulli mandunt oleiq; liquore
Perfundunt calido cerebrum nasiq; latebras
Quidam lactuce credunt prodesse sopores
Curandi modus hic & suauis & utilis idẽ est:

De elephantico morbo. cap. ii

Est elephas morbus tristi quoq; numine dirus
Non solum turpans infandis ora papillis.
Sed cito precipitans funesta fata ueneno
Huic erit aduersus uisci de cortice succus
Mustele ue cinis uel fusus sanguis ab illa
Nonnulli dixere serum prodesse bibendo

Mentaſtri folium potu appoſitūq; ſalubre eſt
Nec fruſtra bulbos & ſulfura iungis aceto
preterea nitrum debes cum melle iugatum
Spargere lacte bouis uarias ſic iungere frōdes
Ceruſſam & chartam quā gens egyptia mittit
Ture ſimul miſceq; oleum quod flore roſarū
Conditum eſt line ſic faciem ſic redde ſalutem

Cutis & faciei uitiis propellēdis

Inuida ſi mulcet faciem lentigo decoram
Nec prodeſſe ualent nature dona benigne
Erucam atq; acidum laticem ſimul illine malis
Proderit & bulbus mellis dulcedine uictus
Cruda ue dulcacido miſcebis rapa liquori
Sanguine uel leporis morbus delebitur oris
Frons ſalicis cum flore ſuo contrita medetur
Sæpiole cineres ex oſſibus omnia ſanant
Cycneos adipes ilari miſceto lyeo
Omne malū propere maculoſo ex ore fugabis
Si liuor torrebit atrox aut nigra cicatrix
Attritos appone genis: purgare memento
Rutarum ſuccos lentiſci maſtice tundēs
Si uero uitiū eſt: quod ducit ab impete nomē
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua
Seu folio platani quod māſum mane uorabis
Fœda fluunt curui que fundamenta cameli

Vrentur: cineremq; dabunt iungentur aceto
Mascula tura simul diuinaq; cura ualebit
Aurium uitiis succurrendis cap. 13
Cum seuus teneras dolor alte sauciat aures
Fraxinea in flammis fundit quem talea sucum
Instillas siue obscenos ex uirgine rores
Aut succū ex folio dederit quē populus alba
Sepe celidonie rapidum sociatur acetum
Adiunctoq; nitro procedit cura salubris
Mentastri liquor expressus cōducere fertur.
Infectum uiolis oleum bene consulit auri
Annosa rubros si legeris arbore uermes
Ex oleo tere: sic tepidos infunde dolenti.
Si uero obctrusa sensus moretur in aure
Lumbricos terre: seuumq; ex ansere rauco
Ex quo uel ueterem poteris dissoluere morbū
Fella bouis surdis etiam prodesse loquunt
Si iungas olide graue quod minxere capelle
Si uero in patulas animal penetrauerit aures.
Proderit admixto pauidi fel muris aceto
At si lympha potens peruaserit anseris aptus
Inmittetur adeps ceparum non sine succo
Qui grauis est oculis: sensū tn̄ auribus auget
Vis & phebigene diuinam discere curam
Sitq; uel annosis confecta doloribus auris

Allia tum septem numero: septemq; lupinos
Muriceam dabis in testam: delphica frondis
Addatur: mixto totum feruescat aceto
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

Oculorum dolori mitigando. c. 14

Sũma boni est: alacres homini cõtingere uisus
Quos quasi custodes defensoresq; pericli
Prospiciens summa natura locauit in arce
Sic tamen ut nullos paterentur desuper ictus.
Atq; supercilio pauidi teguntur opaco
Sed dolor ĩmeritum lumen si forte lacessitq;
Lana madens oleo noctu connectitur apte.
Viuentis ue nepe lumen gestatur amictum
Ex folio caulis cineres: confractaq; tura
Et laticem bacchi foete cum lacte capelle
Desuper induces atq; una uocte probabis
Hiblei mellis succus cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine pressis
Vectonice mansus siccabit lumina succus
Si tenebras oculis obducit pigra senectus.
Expresse marathro gucte cum melle liquenti
Detergere malum poterunt uel uulturis atri
Fella: celidonio fuerint que gramine mixta
Hec etiam annosis poterũt succurrere morbis
Fel quoq; de gallo mollitũ symplice lympha

Exacuit puros dempta caligine uisus.
Siue columbarum fimus miscetur aceto
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis
Vina celidonie simili ratione iugantur
Efficiuntq; suo preclaros unguine uisus
Aspera quin etiam mulcent & rupta reducent
Si genus est morbi miserũ quod lumẽ adurit
Hic calor infuso mitescet lacte canino
Anguibus ereptos adipes erugine misce
Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes
Si uero horrendũ ducẽt glaucomata plumbũ
Spiritus alterius prodest qui grana cumini
Pallentis mãdens uisus exaltat in ipsos
Si tumor insolitus tusis & duror inhæret
Turgentes oculos uili circumline cæno

Dentiũ uitio & oris fœtori medẽdo

Haud facile est acrem dentis tollerasse dolorem
Quod magis est equũ medicam pnoscere curã
Cum baccho uiolas decoxeris: ore teneto
Mansus item prodest succis oleaster acerbis
Hinc oscedo fugit lingue quoq; uulnera cedũt
Cum nitro piper & uinũ tepidum iniice denti
Sepe celidonie succo uel lacte capelle
Senescunt dentes: aut tauri felle iuuantur
Aut acidi latices clauso uoluuntur in ore

Mãditur apta rubus gingiuis & bona labris
Lentiſcus: mirthuſq; emendant oris odorem
Quod uero aſſumpſit nomen de dente fricãdo
Ceruino ex cornu cinis eſt aut ungula porce
Torrida: uel cinis ex ouis ſed non ſine uino.
Muricis aut toſti uel bulbi extinta fauilla
Ambitioſa putas: ſũt iſta ſalubria cunctis.
Exeſos aũt dentes ſi forte quereris
Vre fimum muris patulis & hiatibus adde
Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
Conuenit: atq; cauis ĩmittere partibus apte
Prodeſt & puluis lumbrici corpore toſto
Ora peruſta cibo: ſanabis lacte canino.
Sæpe etiam gelida gingiuas collue lympha
Dentibus ut firmũ poſſis ſeruare uigorem
Si uero infandum proſerpit ad intima uulnus
Permiſceto ſalem parili cum pondere thuris
Hic artolaganum miram experiere medelam
Hec ſiccata dabit molles & fracta farinas.
Huius & attritum tetrum miſcebitur ulcus:

Vuæ faucibus collo & q̃
mollienda ſunt medendo c 16

Aegreſcũt tenere fauces: cum frigoris atri.
Vis ſubiit: uel cum uentis agitabilis aer
Vertitur: atq; ipſas flatus grauis inficit undas

Lentiſcus
Dentifricium
Artolaganum

Vel rapidus clamor fracto cum forte sonore
Plenum radit iter: sic est hortensius olim
Absumptus: causis & enim confectus agendis
Obticuit: cum uox domino uiuente periret
Et non dum extincti moreretur lingua diserti
Ergo omni studio queres inhibere dolorem
Simplicibus lymphis confunditur aereũ mel
Additur excussus niuea similagine furfur.
Decocta hec clauso simul exercentur in ore
Preterea fauces extrinsecus ungere prodest.
Vrsino & taurino seuo cærisꝙ remissis
Omnia que geminis equabis lancibus ante
Disce etiã miram ex humili medicamine curã
Ac cyatho mellis iungas agreste papauer
Decoctumꝙ simul mãdes mansumꝙ uorabis.
Crinite porri radices quinꝙ coquantur
Hinc aqua non feruens uoluatur faucis in ora
Nec tñ in stomachum descẽdat gucta patentẽ
Si uero afflictam languor deiecerit uuam
Tunc horas aliquot pronus recubare memẽto
Aut illam puluis tosti releuabit aneti
Aut cinis ex coclea: uel torrida braxica flãmis
Angina uero mixtum sale poscit acetum.
Quod prodest clauso uersatum agitare palato
Aut si ceruices durataꝙ colla rigebunt

Angina vero sibi mixtum

Mira loq̄r geminus mulcebit̄ unguine poples
Hinc longum pariter neruos medicina ſequet̄
Anſeris ut pingui torrentia colla ſouebis
Inlinitur ualido multū lens cocta in aceto
Aut capre fimus ex bulbo: aut ceruīa medulla
Hoc etiam īmotos flectes medicamine neruos
Quos autem uocitant toles: attingere dextra
Debebis qua grillus erit preſſante peremptus:

Tuſſi & cholere medendis.

Noxia ſi penitus cholera ſeuire uenena
Perſpicies: cocta lactuce fronde leuabis
Proderit & caules aſſumere ſepe madentes.
Interdum fauces tuſſi quatiuntur atroci
Allia tum ſumis decocta & melle peruncta
Semina uel raſani permixto dulcia melle:
Aut ſi fraxinea ſemen de fronde reuellis.
Integriora uora uetitus contingere dente
Ouum melle teres domitū feruentibus undis.
Marrubiū ue potēs: hec faucibus optīa ſumes
Frenabiſq; grauem facili medicamine tuſſim

De digeſtione ſtomachi:

Qui ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt: uera niti ratione uidentur
Huius enī ualidus firmat tenor oīa membra
Quo contra eiuſdem frangūtur cuncta dolore

Quin etiam nisi cura iuuet uitiare cerebrum
Fertur & integros illinc auertere sensus.
Lactuce semen nigrę quod lignea pila
Triuerit admixto ieiunus sumito melle
Sed coclear trino gustu tibi sufficit unum
Aut tritum semen raphani: mulsumq; iuuabit
Siue due partes absynthi ac tertia rute
Decoctis potantur aquis: siliqueq; madentes.
Semina uel marathri fæte cum lacte capelle
Puleium quoq; decoctum: curabit amice
Et potu & fotu stomacho conducit acetum
Seu cocleas undis calefactas ac prope uictas
Suppositis torrere prunis uinoq; garoq;:
Persusas cape: sed prodest magis esse marinas
At male digestis si crapula seuiet escis
Ex pipere & calida florem de rore marino
Ebibe: seu salibus piper adde & tenue cuminū
Que coctis tanges epulis: & rapta uorabis
Aut cubitum pergēs cyathum cape tristis aceti
Ventriculus mergi tactus sale grana turisq;
Tosto pane super piperis quoq; puluer̄ multo
Miscent̄ capies diuinum munus in istis
Proderit hic stomacho uictas & concoq̄t escas
Grana peregriui piperis diffindito quinque
Hinc oleo molli que mane inserta capesses.

Fellis uomitui & pthisi arcendis. c 19

Luthea si crescunt in uultum & lumina fella
Allia parua nouem piperis tot permole grana
Que cyatho diluta gari mandesq; bibesq;
Hec iterum septem capies post deniq; quina
Preterea caules si frondet parua sabucus
Decoctos sale permisces ac iungis oliuo
Tū capis: ac tali auxilio fella horrida purgas
Prosunt & pelagi latices: quos pondere iusto
Dulcibus associas lymphis melliq; liquenti
Et niueus prodest ex ubere succus aselle
Si tepido uinum infundas ac mella piperq;
At uomitum radix narcissi pota mouebit
Si uero pthisis annoso sedet improba morbo
Intritas uino cocleas hausisse iuuabit
Proderit atq; adipis ueteris pila sumpta suilli
Carne asine seuoq; capre medicina salubris

Mammis sanandis uel strigendis c. 20

Vbera foecundo ualde lactantia succo.
Sepe sibi noxa nimium manando fuerunt
Fece igitur ualida duri reprimentur aceti
Post partum timidas iniuste assurgere mām̄as
Interdum aspicies harum mala cōmemoratur
Muris sepe fimum ex pluuio sedare liquore
Sin autē penitus clausas dolor angit acerbus

Lumbricis terre turgentes unge corymbos
Si caſtigatas ſtudium eſt preſtare mamillas
Ex hedere ſertis ambas redimire memento
Protinus & raptas fumis mandare coronas
Anſeris aut ſeuum pariter cum lecte tepenti
Aut ouũ ĩpoſitũ tulerit quod garrula perdix.
Preterea pluuio decocta papauera rore
Herebunt multis poſt diſſoluenda diebus
Vis & phebigenæ cæleſtia ſumere dona
Vbera cum tetris laniata doloribus urgent
Nam bis ramẽtũ: & q̃ noĩe praſſion herba eſt
Et que uulgari ſermone inſana uocatur
Grecus hyoſciamõ propria ſcito dicere lingua
Nec non & calami radix: lapatiq; legumen
Mixta dabunt miras: experto crede medelas:

Reiectionibus cibi aut
ſanguinis abſtinendis.

Si ſtomachus non dum cõcoctas expuit eſcas
Et magis atq; magis uitium reuomẽdo ualeſcit
Allia cedemus: crebrumq; trahemus odorem
Sin etiam rutilus refertur pectore ſanguis
Sorbitium mente raphanus uel cocta iuuabit
Sepe lapis teritur ſpeculari nomine dictus
Et mixtis hauritur aquis: ſiſtitq; cruorem
Vritur interdum raptus de ſubere cortex
Et cinis e calido prodeſt epota lyeo.

Aut platani pilulas: acri infundemus aceto
Nullus erit sanguis quē non cibus iste moret
Iecoris & lateris uitiis medendis. c. 22
Si molles iecoris fibras dolor hauriet acer
Protinus ex mulsa potāda leliphagus herba ē Leliphagos
Sumit & semen: platanus quod celsa profudit
Vulturis & iecur: uel uis perdicis apricæ. Perdix
Preterea simili drachma pix dura piperq;
Franguntur: sic īmollito puluere cuncta
Et gelidis miscentur aquis: recreantq; bibētem.
Absinthi quoq; decocti potabitur humor
Si latus īmeritum morbo temptatur acuto
Accensum tingens lapidem stridētibus undis
Hinc bibis: aut aceris radicem tundis: & una
Cū uino capis hoc presens medicamen habet
Quid referam multis cōposta cydonia rebus
Quid loqr antitodum: uariis qs ista requirat. Antidotum
At nos pauperibus præcepta dicamus amica.
Nec non & iecoris queret fibra lupini:
Iunguntur q; simul costum foliumq; piperq;
Quæ deluta mero dantur potanda lyeo.
Est & uis morbi quod telum commemoratur: Telum morbi
Cnm subito dolor insanus furit incitus ictu
Persicus huic potu nuce dabitur interiore Persicus
Que mihi cura satis casu mōstrāte probata est
De splene curando. c. 23

Lien — Quando lien tumido circumligat ilia uinclo
Et plenum ſplenis demonſtrāt membra rigorē
Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis
Hinc trahit aſſuetos æger quoſcunqȝ liquores
Aut uiridis coctorum olerum potabitur unda
hyrudo — Proderit ex ſucto fluiualis hyrudo cruore
ros marinus — Siue mirica recens ſeu ros cum pane marinus
Aut hedere ſuccus potu appoſituqȝ iuuabit
Nec non intactam ferro cum uideris alnum
Hinc liber eripitur ferro ſine decoquiturqȝ
Donec uictarum pars tertia ſubſit aquarum
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit
Nonnulli memorant conſumi poſſe lienem
Quiqȝ ſerum ſemper ieiuno ſumpſerit ore
Arida ficus item feruente domatur aceto
Et trita illinitur uel ſplen apponitur hædi
Marrubium — Marrubium in uino potu prodeſſe putatur
Nepeta — Preterea piper ac nepete cum flore & anetum
Buglossa — Capparis atqȝ apium bugloſſaqȝ iungitur una
Horum decoctos latices potare ſalubre eſt
Puleium abrotanū nitida cum maſtice coctū
Cephalotes — Hac tymbre ſpēm: quā cōmemorant cephalotē
Predixit ſpleni: deus idæ poſſe mederi
Dulcia plautus ait grandi minus apta lieni
Splen tumidus nocet: & riſum tn̄ addit īeptū

Vt mihi sardois uideatur proximus herbis. herbe sardoe
Irrita quæ miseris permiscent gaudia fatis.
Dicitur exectus faciles auferre cachĩnos.
Perpetuoq; æuo frontem prestare seueram:

De precordiis sanandis. c. 24

Languida si duro turgent precordia morbo.
Miscetur mulse farris sextarius unus sextarius
Necnon & lini tonsum siliqueq; legumen
Hæc decocta simul non dum tepentia nectes
Aut que poma cydon chreteis mittit ab oris cydonia vn
Cocta teres: durũ ut possis mollire tumorem.
O cyma preterea bulbi ue linuntur amari. Ocymu.
Proderit & lymphis corpus mersare marinis.
Quin etiã catulum lactentẽ apponere mẽbris
Cõuenit: omne malũ transcurrere fert̃ in illũ.
Cui tantũ extincto munus debetur humãdi:
Humanos quia cõtactus mala tanta sequunt̃.
Et iunctus uitium ducit de coniuge coniunx.
Quod superest trite iunges ramenta farine
Quodq; decẽ ex rebus decatartyma rite uocat̃ decatartyma
Masticis addentur cum puluere mollia farra.
Talibus auxiliis precordia tuta resistent

Lumbis & renibus sanandis. c. 25

Cum seuit penitus hærens iniuria lumbis
Igne lapis candens datur exultantibus undis.

Hoc poteris potu triſtem ſuperare dolorem.
Aut pice cum dura mel nitrum ſulphur acetũ.
Succida lana rapit contacta cadẽtibus iiſdem.
Proderit hanc egris crebro producere membris
Aut caput aſparagi cum uino ſume uetuſto.
Aſparagus
Seu mauis appone: modus conducit uterqꝫ.
Aut adipe mixtum lumbis inducito ſulphur
Sæpe chelidoniam cum ſucco palladis addes.
Farraqꝫ que tremulis proſunt ſudantia flãmis.
Amigdala
Fertur amigdaleæ ſuccus nucis eſſe bibendus.
Pinſit hec tepidiſqꝫ abſorbit addita lymphis
Aut tres ex uino cocleas feruefcere cogis
Cũqꝫ ſuis domibus frãgis piperis quoqꝫ grana
Terquinqꝫ adiicies: potuqꝫ iuuaberis illo.
Furfur item parca fuerit cum feruidus unda
Poſt oleo madidus ſuccis immittitur aptis.
Que uix paſſuris urentes addito membris.
Prodeſt ceruine uehemens natura medulle.
Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem.
Aut mixtam teneris maluã cõtundito porris.
Contritumqꝫ ſimul: cũ maſtice: confer anetum
ecatonctyma
Quodqꝫ decẽ rebus cõponi ex noĩe clarum eſt.
His cõtinge locũ. deus hæc mihi certa ꝓbauit

Ventris doloribus mitigandis. C 26

Si dolor inſanus tota deſeuit in aluo.

Heminis tribus ĩ lympha ualidã coque rutam
Aut apium donec pars duplex desit aquarum Apium
Potus erit medicus non detrectante palato.
Preterea niuei sterilis testa uritur oui.
Que postq̃ in tetram fuerit conuersa farinam.
Ex calidis potatur aquis & pota medetur.
Nec nõ iungenda est utero noua uirga miricæ
Illesa hec ferro terraq́ intacta geratur.
Aut medio uentris prodest aspergere terram.
Quam signauerunt uestigia pressa rotarum.
Proderit & puluis facili sub cardine raptus.
Quin etiam & lymphis tritum potare cuminũ
Cõueniet quod iam nobis documẽta ꝓbarũt.
Menta quoq́ hoc pacto medicos dabit hausta
Cœliacos aũt recreabis pane salubri (sopores
Quem madido farre efficies ac mollibus ouis.
Quorum testa prius sparso euanescet aceto
Refert & teretes bulbos mollire terendo.
Cumq́ his lenei durum potare fluentem.

Hydropisi curande. c 27

Corrupti iecoris uitio uel splenis acerbus
Crescit hydrops aut cum siccate febre medulle Hydrops.
Atq́ auide fauces gelidum traxere liquorem.
Tum lympha interius uitio gliscẽte tumescit.
Secernens miseram propius deuiscere pellem.

Conueniet tenere radix decocta ſabuci
In geminis calidi cyathis potanda lyaei
Fraxineum ſemen cū bacchi rore bibendū eſt
Nec non appoſito curantur hydropace mēbra
Aut calido filicis radicem mollit hyaccho
Vnguine quo frangis uires langoris aquoſi
Nec non in tepidis conuoluere corpus arenis
Appoſitu lenes nepete: guſtuq; iuuabunt.
Sæpeq; ſcyllino pelluntur noxia baccho.
Helleboro bene purgatur lymphaticus error
Aut huius uice quod fert ſemē lenta geniſta..
Miſcetur mulſis & cautis educitur undis.
Eſt qui per ualidum nitro ſale miſcet acetum.
Atq; olei ſucco refricant albentia membra

De uentris ſolutione uel emolliēdo.

Sæpe cibi ſpecie uitio uel corporis ipſo
Potibus aut duris reſtricta morabitur aluus
Vincetur talis mora gramine mercuriali.
Cuius aquā coctā minimo cū melle bibemus.
Prunaq; conueniūt que mittit clara damaſcus.
Multos preterea medici componere ſuccos.
Aſſuerunt: pretioſa tamen cū ueneris emptū.
Falleris: fruſtraq; immerſa numiſmata fundes.
Quin age & in tenui certam cognoſce ſalutem
Aut igitur tectum lana ſupponis alumen.

Conuenit:atq; artus illinc mulcere dolentes
Sic lacerat morbum bilemq; reuoluit in aluū.
Preterea chimum ſto.nacho deſiccat iniquū. chimum
Et magis atq; magiſ promittunt corpa claudi.
Febribus ante nouis galli noua iura uetuſti.
Subueniūt etiam tremuliſ medicantia mēbra.

Quartane typo remediando. c. 29.

Nec tu crede leuē delato tempore febrem
Quę ſpatiū ſibi dat magis ut ceſſando celeſcat
Lethali quę craſſatur quartana calore. Quartana
Nos medicaſ adhibere manuſ diſcamus & her Disco.
Allia non pudeat terno cū cimice trita (bas ·Cimex
Et diluta mero mediis haurire diebus.
Mira eſt abſynthi cū ſimplice potio lympha.
Sume tribus digitis compreſſum ſemē anethi
Tantūdem maratri:nec mulſum deſit aceto
In cuius cyatho predicta ſalubriter hauris.
Meoniæ heliados quartam ſuppone timenti.
Aut leporis timidi diluta coagula trade.
Prodeſt & potus uel multus doridis humor. Doris p[ro] mare
Quidam etiam miranda ferūt ueniente calore
Iurantes ludum ueneris munuſq; petendum
Sed prius eſt oleo paruas ferueſcere ranas
In triuiis:illoq; artus perducere ſucco.

Tertiane typo remediando. c 30

Eſt etiam alternis febris rediuiua diebus
Tempora diſcernēs quaſi iuſte pōdera libræ.
Vt poſſis igitur talem prohibere ſororem
Inuolues ceram ſine claudis grana cumini.
Puniceæq; indes pelli colloq; ligabis.
Puleii ramus lane uelatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos prebebit odores.
Preterea cimex aſſo potatur in ouo
Horridus atactu ſed guſtu commodus apto.

Quotidiano typo remediando. c 31

At qui continuis non ceſſat adire diebus
Sed tm̄ certas morbus diſcriminat horas.
Triticeū metuit granum: ſi credere dignum ē
Quod latitans fracto fuerit ſub pane repertū.
Nec non oſſa iuuarit ſeptis inuenta domorū
Conuenit hec tereti pendentia ſubdere collo.
Multaq; preterea uerborum monſtra ſilebo
Nam febrem uario depelli crimine poſſe carmine
Vana ſuperſtitio credit: tremuleq; parentes.

Hemitritheo depellendo. c 32

emitreitheu Mortiferum magis ē quod grecis hemitritheū
Vulgatur uerbis: hunc noſtra dicere lingua
Non potuere ulli. puto. nec uoluere parentes.

Inſcribis charte quod dicitur abracatabra
Sepius & ſupter repetis: ſed detrahe ſummam
Et magis atq; magis deſint elementa figuris
Singula que ſemper rapies & cetera ſiges:
Donec in auguſtum redigatur littera conum:
His lino nexis collum redimire memento.
Non nulli memorant adipem prodeſſe leonis.
Coralium atq; crocum corio connectito felis
Nec dubites illis uirides miſcere ſmaragdos:
Talia languentis conducent uincula collo.
Lethaleſq; abiget miranda potentia morbos.

Fracturis uel luxis ſanandis.

Infandum dictu cunctis procul abſit amicis
Sed fortuna potens: omen cōuertat in hoſtes.
Vis indigna nouo ſi ſparſerit oſſa fragore:
Conueniet cerebrū blandi canis addere fractis.
Lintea deinde ſuperq; inductu nectere lanas.
Sæpius & ſuccos conſpargere pinguis oliui.
Bes ſeptem credunt reualeſcere cuncta diebus.
Aut ueteri baccho capræ fimus inde petulcæ
Hoc aperit clauſū: trahit herēs: ſanat apertū.
Sin uero caput infeſtus colliſerit ictus
Ex oleo necti ueſtis debebit arachnes.
Neſciet hec illic niſi cum ſanarit abire.

Quid si luxa suo decedunt membra tenore?
Vrere femineos crines adiungere seuum
Congruit: ac tali medicamine mota ligare.
Aut malū ex pingui tritū apposuisse iuuabit.
Et si conclusum seruabit tibia uulnus
Stercus ouis placide iungis adipesq; uetustos.
Pandere que poterunt ulcus: patuloq; mederi.

Neruis incisis uel dolētibus & cōtractis

Haud quisq̄ credet disiectos uulnere neruos
Ad solitum rursus reuocari posse uigorem.
Sed prodest terre lumbricos indere tritos
Quis uetus & rane sotiari axungia debet.
Si uero occultos neruo dolor urit inertis
Vulturis excisos adipes rutamq; remitte.
Aut ceram & tali recreabis languida fotu
Conuenit & pelagi calidis perfundier undis.
Carica uel betis lento cum melle iugatur.
Aut baccho madefacta ceres cū fronde cupssi.
Quo poteris fotu recreare rigentia membra
Sin autem subito replicantur corpora morbo.
Cōtractos reuocat neruos caro sumpta colūbe.

Aegris somno asciscendo.

Non solum miseros teterrima febris adurit
Sed super optato pergit uiduare sopore.

Aut edis in patinis teneris decocta sabuci.
Vel tu lacte capre salsum mulsumqꝫ capessis
Crede tamen potũ meliorem lactis equini
Dicitur hic ualidos asine preuincere succos
Siluestris fici lachrimam prodesse loquuntur
Quodqꝫ satis melius uerbis dicemus horati.
Mytilus & uiles pellent obstantia conche
Sed cocleas prius est urtica aut furfure pasci
Purior hinc gustus noxa sine mouerit aluum.
Sepe thalassomeli adiecto cumulabimus imbri
Hec purgant parili fuerint si pondere mixta.

Solutiõi uẽtris & dissenterie cõpescẽde.

Tam uarii casus mortalia secla fatigant.
Vt sint diuersis obnoxia corpora morbis.
Sæpe & enim nimio cursu fluit impetus alui.
Frenat conmixto cum feruet braxica uino.
Aut cerasi uictum longo iam tempore pomũ.
Succus aminee uitis cum pane medetur.
Vel bene permixtum casida potatur acetum.
Vile quidam facili facto tamen utile fotu.
Si ledent modicum tum purgatoria dextra.
Adiecto piperis medicatur puluere calda.
Sin autem longo decurrent intima fluxu.
Atqꝫ immane malũ multo iam tempore gliscit
Torridus ex uino cortex potabitur oui.
Ramentum niuei credunt prodesse elephanti

Arbore pyramea cortex dirempta coquetur.
Axe ſub æthereo ſic nigro mixta lyeo.
Immenſum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut iuſſu cedrum cū maſtice miſces.
Mollitamq; picē & raſum de nauibus unguen
Lāguida quo fidens medicamīe mēbra fouebis
Proderit & pueris quos dentis origo fatigat.
Caſtaneas coxiſſe nuces & ſorba uetuſta.
Atq; apium cauleſq; rubus quos fundit acuta
Potio que fluidā conſumpta morabitur aluū:

Lumbricis & tineis aſpurgandis. C 37

Quid nō aduerſum miſeris mortalibus addit.
Tinea — Natura interno cū uiſcera tinea ſerpens.
Lumbricus — Et lumbricus edax uiuant inimica creanti.
Quod genus aſſiduo laniat precordia morſu.
Sæpe etiam ſcandens oppletis faucibus hæret
Obſeſſaq; uias uite concludit anhele.
Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus.
Vel nepete tritum ex uino uel lacte capelle.
Nec non & ſuccus medici potatur aceti.
Prodeſt preterea cum baccho perſica frondis.
condis. — Democritus memorat mente cōducere potum.
abrotanū — Sumitur abrotanum nec non & uile melanthū
melanthū — Allia perſeſe ſanant & ius coriandri.
Quin & marrubiū decoctū hauſtūq; iuuabit.

Puleium ue potens & agreste iugatur anetum
Colo sedando: c. 38.
Quē colus inuisū morbi genus intima carpit Colus.
Mādegalem uita uolucrem quā nomīe dicūt: Mandagaleo.
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota
Siue apio nepetam tereti cum mastice iunges
Nec non & species ambas redolentis anethi
Quorum decoctos patiens haurito liquores.
Vessice & calculo purgando
& urine prouocande. c. 39
Sicui uessice tardus cunctabitur humor.
Nec mora rumpetur uino peruicta uetusto.
Prodest ex paruis acinos potare sabuci
Aut hedere succum aut lacrimosi trita sinapi
Necnon resinas orythia de therebynto Orythia there-
In speciē heruilie paruos glomerabis in orbes bynthus:
Quos ternos tepida mixtos hausisse medela ē.
Quondam etiam nimiū preceps urina fluēdo.
Irrigat exuuias obscænoq; irrigat hymbri
Ergo cinis prodē haustus: uel nepete siccum. Nepete g. n
Conditum ex uino: tritum uel lacte capelle.
Tum leporis cerebrum ex uino potare decebit
Sed dolor internam uesice si coquit aluum.
Subueniet radix frondosæ epota cupressi.
Puleium ue potens domitū feruentibus undis
Si uero in lapides densus densabitur humor.

Qui retinet cursus genitumq; dolore frequētat
Saxifragam seu frongitem succurrere credunt.
Preterea semen myrthi silvestris hyaccho.
Atq; oleo mixtum bibitur nec desit acetum.
Vinaq; sumantur fricto condita cumino.
Siue palumborum capitur fimus acre ferorū
Dulcacidis sparsum succis tritoq; solutum.
Nec non obscenus capræ potabitur humor.
Obruit hic morbum labefactaq; saxa remittit.

Conceptioni & partui. C·40

Irrita coniugii sterilis si munera languent.
Nec sobolis spes est multos dū uana p annos.
Femineo fiat uitio res nec ne silebo.
Hoc poterit partus magni monstrare lucreti.
Sed natura tñ medicamine uicta potenti est.
Sæpe dedit foeetus studio curante parato.
Aut igitur leporis cōsumit femina uuluam.
Aut ouis ī stabulis fractas cū ruminat herbas
Pendentem spumam molli deducit ab ore.
Atq; illam meminit mixto potare falerno.
Mercurialis item capitur cōmuniter herba.
Sic cubitum noctu coniunx festinat uterq;
Atq; ubi iam certum spondet pregnatio foetū.
Vt facili uigeat seruata puerpera partu.
Diptamum bibitur: coclee manduntur edules

Vt olim mēses minus octo moratus in aluo
Irrumpat thalamos & nexus soluat inertes
Puleio admisto uenit embrio nectus aceto
Cuius opem ueram casus mihi sepe ꝓbarunt
Quin etiam stercus supponunt uulturis atri
Sentiat ut minimū partus quā ꝓximus urget
Oua etiam rute ac fragili miscent᷑ anetho
Que diluta simul uino atq̧ exhausta medētur

De ꝓfluuio cuiusq̧ sāguinis & matricis

Si modicus pleno manat de corpore sanguis
Subuenit: at nimius cū uita funditur ipsa
Qua propter multo naris completa cruore
Cum fluit attritus cimex conducit odore
Lana oleo madefit sed non dum lauta rosarum
Hec datur in nares uel claudet lentius aures
Contritis prodest cocleis conducere frontem
Aut galli cerebro uel sanguine tinge columbe
Quod nisi supprimit᷑ sāguis potādus & ipse ē
Preterea phariis caput hic metire papiris
Detrahe quod superest illo genitalia necte
Femineas prodest illinc uincere mamillas
Menstruus immenso si profluit īpete sanguis
Succida lana malos remorat᷑ subdita cursus
Mortua ꝗn etiam producit corpora partu
Sed quacunq̧ fluit uis immoderata cruoris

Subereus cortex calidis potatur in undis
Ante minutatim studio uincente terendus
Puleii calido purgatur femina potu.
Sed si forte cruor clausa cunctabitur aluo
Aut molles nepete aut rute plerumq; bibētur
At si puniceos fundit uesica liquores
Marrubium e sparsis tritum perfundit' undis
Hi poterunt haustus rutilum purgare cruorē
Reliquias partus eadē tibi detrahet herba
Quod si feminei properabit sanguinis imber
Est qui frusta molæ percussō decutit uno
Quorū aliquid lanis tectum ad pcordia nectit
Hec simul incantans sisti debere cruorem
Vt lapis ille uiæ solitos iam destitit orbes

Internecandis q̄ oculos impediunt. c 42

Mobilis hirsutas horret lasciuia setas
Et gaudet rapto nudari flore pilorum
Sed bona non nunq̄ uellendi causa uidetur
Corpora cum releuat ratio manifesta salutis
Nanq; oculos infecta pilorum tela lacessunt
Quodq; illis dederat ualidum natura tuendis
Inde inimica seges proprios deseuit in orbes
Ergo locum crinis uulsi continge cruore
Quē dat auis tremulis simulat q̄ pellibus alas
Preterea quascunq; uoles auertere setas

esperctilio

Atq; inperpetuum rediuiua occludere tela
Corporibus uulsis saniem perfundito rane
Sed que parua situ est & rauco garrula questu
Nec non & stagnis cessantibus hesit hirudo
Sumitur & uiuens samia torretur in olla
Hec acidis ungit permixta liquoribus artus
Auulsamq; uetat rursus procrescere siluam

Omnibus obscenis medendis c 43

Dicendũ & q̃: sit membris medicina pudẽdis
Languidus antiquo purgatur penis hyaccho
Ac super inlinitur fœcunde felle capelle
Mane nouo myrthi frõdes quoq; mãder̃ ꝑdest
Qui dolet atq; illas in uulnus despuat ipsum
Fece etiam uini genitalia lauta leuantur
Et tumidos testes nereya lympha cohercet
Vel bulbi ex mulso uel cera inmixta cupresso
Aut faba cũ tepidis bacchi decocta fluentis
Ramicis inmensum fertur cohibere tumorem Romex
Far madidum lymphis feralis fronde cupressi
Vnde etiam potu frons hec memoratur amica Frons
Sin aũt existit durum tibi glandibus inguen
Proderit induci cocleas cum melle minutas
Obscenos si pone locos seua uulnera carpent
Horrentum mansa curantur fronde ruborum
Aut si iam ueteri succedit fistula morbo Fistula

Muſtele cinere immiſſo ſanabitur ulcus
Sanguine uel ricini quē bos geſtauerit ante
Herba celidonie fertur cum melle mederi
Herbaqꝫ cum ſeuo foliis de mille uocata

Scie & articulari morbo.

Sepius occultus uicta coxendice morbus
Perfurit & greſſus diro langore moratur
Populus alba dabit medicos cū cortice potus
Nec non & tenere gracili cū fronde geniſte
Arreptos caules acidoqꝫ liquore madentes
Sumere conueniet rubum quoqꝫ ducere potu
Aut ex bithymio cocleas haurire lyeo
Si uero articulos tabes inimica per omnes
Heſerit: ex fico betas ac melle ligabis
Vel pelagi latices ſimul & baccheia dona
Sumere curabis nimio ſed parcito uinō
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua
Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores

Furunculo medendo

Cū ſāguis nimium fuerit combuſtus & ater
Eſtuat & papulas alte ſubſtollit acutas
Reſinam miſces & ſaxis hordea fracta
Cōſperſa hec tepidis apponere cōuenit undis
Vis & hyoſciami ſemen ſeuoqꝫ iugatum
Nectere: nō minus hec poterit medicīa iuuare

Preterdicta fimum galli quod legeris album.
Imbribus ex acidis tundens appone dolenti.
Auribus aut pecudum molles expellito sordes
Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis Papillarum

Carboni tollendo: c 46

Horrendus magis est perimit q corpora carbo Carbo
Vrit hic inclusus: uitalia rumpit acer uis. Acer
Huic ueteres quondam uariis cauere medelis.
Tertia nanq; titi simulet centesima liui.
Carta docet ferro talem candente dolorem
Exectum: aut potu raporum semine pulsum.
Infecti dicens uix septem posse diebus.
Vitam produci tanta est uiolentia morbi.
Dulcacidum laticem cum lini semine iunges.
Atq; fimũ paphiæ pariter cõpone columbæ.
Hinc line diruptas partes & clausa uenena.
Preterea triti reserant adoperta lupini.
Non nullus calcem uiuam dissoluit aceto.
Fumantemq; illam papulis imponit acerbis.
Est qui galline perducat stercore corpus.
Allia uel piperi parce commixta linuntur.
Pythagore cognata leui condita cumino.
Proderit: & madido fermentum polline turgẽs

Pani uomice & strume depellẽdis. c 47

Sunt alii quos dura uomit natura tumores
Non minus horrendi ſed non ita pernitioſi
Vomica qualis erit uel eidem proxima quedā
Simplice reſina miſcebimus hordea tunſa.
Et mulſos amnes & purgamenta columbe
His bene decoctis languentia membra fouent̃
Mollis odorato faba perlita cum coriandro
Proderit appoſitu hæc mollitq; apitq; tumorē
Aut de faſganeo radix decocta paluſtri.
Siue ſalix mixto tundetur cum coriandro
Proderit & māſum quod traxeris arbore uiſcū
Gramen hyoſciami ceræ ſeuoq; uetuſto
Concilia: mixtūq; loco perduce dolenti
Exercere etiam corpus medicina potens eſt.
Ouum diffundis in fictile deinde putamen.
Marrubii ſucco repleas: poſt melle liquenti
Omnia conſociata tepenti proſpera potu
Sumunt̃: reſerantq; malū purgantq; leuantq;.

Igni ſacro dimouendo

Eſt etiam morbi ſpecies qui dicitur ignis
Languida quo multo torrentur membra calor̃
Vel tu uicino ſeuum bouis igne remittis
Mollitumq; lines uel oloris fecibus oua
Sed non cocta dabis ſic torrida mēbra fouebis

Lumbricus terre mixto inducetur aceto
Aut parili noua ruta modo sed iungis oliuo
Ouaq; cum betis prosunt super illita tritis
Allia dant cinerem sociato oleoq; garoq;
Vnguine quo gliscens deponet flamma furorē
Sæpe chelidonie calx candida iungit' oui calx.
Que modico potu sedulo detrita capesses
Admiscer̄ memor lymphas amnemq; phalerni

Podagre depellende: c. 49.

Quedā sunt rabide medicamīa sūma podagre. Podagra
Cui ter trigeminas species epidaurius ipse
Dixit inesse deus: requiem tamē indere morbo
Fas erit: & tristem saltem mulcere dolorem.
Ergo age & arreptam salicis frondemq; librūq;
Cum uino tere sic contractos perline neruos
Aut cum prima mali sese ostentabit origo.
Feruida non timidis tolera cauteria plantis
Seminecis ue hirci reserato pectore calces
Insere: sic diræ reprimis primordia pestis.
Aut si corruptus persederit altius humor
Trita cupressus ibi baccho iungatur acerbo
Panibus & teneris cohibet sup addita questus
Parua sabucus item si hircino est cōdita seuo
Triticeæq; acido manantes amne farine.

Aut nitidum rane decoctum uiſcus oliuo.
Siue chelidonie ſuccus ſale mixtus aceto.
Sunt ꝗbus apposita ſiccatur hirudine ſanguiſ
Non audita mihi ſit fas: ſed lecta referre
Hoc quidã captus morbo per tempora meſſis
Vicino plantas frumenti preſſit aceruo.
Euaſitq; grauem caſu medicante dolorem.

Vulneribus ferro aut
uerberibus factis:

Nature uitiis medicas obiecimus artes.
Nunc & fortune iaculis obſiſtere par eſt.
Si cui forte lapis teneros uiolauerit artus.
Necte adipes uetulos & tritam chameciſſon.
Nec pudeat luteæ ſtercus perducere porcæ.
Sin autem ſeuo laceratum eſt uerbere corpus.
Tunc ex lixiuio ceras diſſoluis & oua.
Admixtum hoc oleo uibices comprimit atras.
Si uero infrenus manat de uulnere ſanguis.
Purpura torretur conchilis perlita fuco.
Huius uis cineris currentem detinet undam.
Verruce quoq; deſecte frenare cruorem
Dicitur ambuſtus tyrioq; euellere puluis.
Preterea nimios reſerati uulneriſ amnes:
Feniculi cinis aſtringit uel fimbria porri.

Siue fimus manni cum testis uritur oui.
Et reprimit fluidos miro medicamine cursus

Vulneribus quibuscunq;
casibus factis. c 91

Tam multa humanę sunt uulnera conditiōis.
Vt nequeam proprias cunctis ascribere curas
Iisdem igitur monitis casus armabimus oēs
Sic tamen ut nullus medicinam eluserit error.
Ergo modus quicunq; obtingit uulneris atri
Contritus cū melle dabit medicamina bulbus
Herbaq; que foliis nomen de mille recepit
Appositu prodest adipi permixta uetusto.
Succida cum tepido connectit lana lyeo.
Ambuste ue cinis complebit uulneris ora.
Concludit uero uel frons uel ramus ab ulmo. Frons
Aut succis hedere pulchrescit foeda cicatrix.

Hominis ac simiæ morsui. c 92

Siue homo seu similis turpissima bestia nobis
Vulnera dēte dedit uirus simul intulit atrum
Vetonicam ex duro prodest assumere baccho. Vetonica
Nec non & raphani cortex decocta medetur.
Si trita admorsis fuerint circumlita membris:

Serpentum morsibus & uipe
ræ uirus excludendis. c 93

Cuſpide non quiſq̄ longe neq; cede ſariſſæ:
Fulmine non gladii uolucris nec felle ſagitte
Quam cito uipereo potis eſt affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem ſuccoſq; medētes
Que nocuit ſerpens: fertur caput illius apte
Vulneribus iungi ſanat quem ſauciat ipſa.
thaelephus. Vt lariſſea curatur thælephus haſta
Proderit & caulem cum uino haurire ſabuci
Aut coctum raphani librum tritumq; ligare
Siue etiam excelſa foliū de mole cupreſſi.
Manauit lactans caprifici ſuccus ofellam.
titimallus Aut titimallus atrox uulnus cōtrita pungat.
Carduus & nō dum doctis fullonibuſ aptus.
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu conmixta coagula uino
Sumūtur quæ res membris agit atra uenena.
Aut ferule radix potatur in hymbre lyei
vetonica Vetonicæ ue leues galline aut iura uetuſtæ.
Si uero horrendū uulnus fera fecerit aſpis.
Vrinā credunt propriam conducere potu:
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: nec non
Pliniuſ ut memorat ſumpti iuuat imber aceti.
Dicendū & que ſit præcoxs medicina timenti.
Cautio nanq; poteſt diroſ preuertere morſus.

[21-2: see after 12]

Si iecur exectum tardo de uulture portes
Erucis aut si totos pertinxeris artus
Quas prius attritas uehementi spargis aceto.
Aut tu ceruinam per noctem impelle quiescis
Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.
Toxica præterea qua sint pellenda medela.
Expediam :sanguis poterit prodesse caninus.
Qui facili potu antidotus medicat̄ honesta.
Vis & mirificos cautus prædiscere odores:
Accensis quibus arcetur teterrima serpens.
Aut styracem uras aut atri uulturis alam Styrax
Vel nepetā aut frondē rigide stirpḗq; myricæ.

Ictibus scorpii & morsibus mu
ris cæci uel aranearum. c. 54

Sunt minime species sed diræ uulnera pestis
Que magis in tenui latitātem corpore fallant.
Scorpius ut ğuis est & araneus hæc mala semp̱
Captant securos multa iam noste sopores. nocte
Hec documēta dedit nobis prostratus orion. Orion
Magna quod exiguis perimant̄ sæpe ueneni*s*
At qui uulnus atrox incussit scorpius ardēs.
Continuo capitur tunc digna cede retusus.
Vulneribusq; actus fertur reuocare uenenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca lesa fouents

Siue meri potu dissoluitur improba pestis
Ad cunctos autem morsus ictusq; minorum
Caseus aptus erit fetide de lacte capelle
Cumq; hoc absumi debebit origanus herba
Hec duo mirificis curabunt icta medelis.
Nec non peniculo calidum annectatur acetū
Aut uiuum sulphur sicci cum fece lyei
Exiguo piperis cerebrum aspergito melle
Quo lita sanescunt depulso membra dolore.
Sin autem muris nocuit uiolentia cæci
Que sola signauit uoluendis orbita plaustris
Illine mira datur uili de pulnere cura:

Subitaneo dolori febri atq; ostocopo.

Non nunq̃ existit subiti noua causa doloris
Cuius origo latet ueris reprimenda medelis
Nanq; chelidoniam mixto sale nectere ꝓdest.
Velleraq; infuso recalentia sulphure sanant
Ostocopum. lento conducit melle perungi.
Sin autem calide depascent corpora febres
Tunc apii succus lenis soluatur oliuo.
Membra line fotuq; ferus mulcebitur ignis
Nec spernẽdus adeps dederit quẽ bestia meles
Seminecis cerui lachrymam miscere liquori

Ne prosint placidi celestia munera somni.
Charta igitur uariis quā pinxit littera uerbis
Vritur: inde cinis calido potatur in amni.
Proderit & magnum capiti substernere fulcrū
Prodest & lymphis mixtā potare cupressum.
Palladiis item succis quos flore rosarum
Iungis: & īmisces madidum tritumq̧ papauer.
Quo lita frons facilem prebebit nocte quietē. Frons frontis
Nec non mādragoræ gustu sopor addit altus. Mandragora
Dilue præterea glomeramina que gerit intus
Clausa aries inter gemine coxendicis umbras. Coxendix
Inde soporati ducentur gutture potus:

Lethargie expellende. c 56 Lethargus

Diximus hanc sortem miseris mortalibus esse
Vt sepe inter se mala sint contraria morbi.
Deniq̧ non nunq̄ somno sic mēbra grauantur
Vt coniungatur letho sopor altus acerbo.
Ergo leui flamma torrentur cornua capre.
Quo nidore grauem dispellēt lumina somnū.
Aut ueneris labrum que dicitur herba bibet. Labrum veneris
Que teritur prius & uino confusa liquescit
Conueniunt acidis euphorbia mixta fluentis. Euphorbia
Gramina uel rute gemina si nare trahantur Naris
Quidam dira iubent septeno cimice trito

Vt uitientur aquę cyathusq; bibetur earum
Hec potiora putant q̃ dulci morte perire

Comiciali morbo:

Est subiti species morbi cui nomen ab illo est
Quod fieri nobis suffragia iussa recusant.
Sepe & enim membris atro langore caducis
Consilium populi labes horrenda diremit.
Ipse deus memorat dubię per tempora lunæ
Conceptum talis quē sepe ruina profudit
Prodest cum ueteri baccho fel uulturis ampli.
Sed coclear plenum gustatu sufficit uno.
Aut cruor ex prognę mixtus cū pollīe turis.
Aut apium elixum aut conditū melle fel agni
Marrubium ue pari contusum pondere mellis
Cui ter terna dabis gustu coclearia in uno.
Aptus mustelæ cinis est & hirundinis una.
Preterea pluuias hominis quas calua supina
Excepit proiecta sinu consumere prodest.
Et lapis ex nido uaga quem congessit hirūdo
Vellitur & nexu fouet attollitq; iacentem
Pellit ut fama est gustu quoq; langor anethi.

Regio morbo pellendo:

Regius a uero signatus nomine morbus.
Molliter hic quoniam celsa curatur in aula

Huic rubia ex mulsa fertur conducere lympha
Allia trita dabis uino madefacta calenti
Vellera cum uino suffiri sulphure prodest.

Infantibus dentibus uel stri
ge inquietantibus. c 98

Nudum hoiem primũ mundi natura ꝓfudit.
Insuper excruciat niueis cum dentibus armet.
Collo igitur molli dentes nectentur equini
Qui primi fuerint pullo crescente caduci.
Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci
Aut leporis niueum bibitur cũ lacte caprino.
Preterea si forte premit strix atra puellos · Strix
Virosa inmulgens exertis ubera labris.
Allia ptæcepit tundi sententia uecti. · vectius
Qui ueteri claras expressit more togatas:

Conbusturis igne uel frigore. c 99

Sunt diuersa quidem mala frigoris atq; caloris
Sed tamen amborũ simili nocet ulcere uirus.
Illa quoq; usta putes que sunt niue lesa rigẽti.
Conuersa in cinerem platani pila curat utrũq;.
At uero ambustũ flammis qui candidus oui
Succus inest: penna inductus sanare ualebit.
Aut tu succosę cinerem perducito lanæ.
Aut uiuam ex oleo lini contundito calcem

Hordea uel franges atq; oui candida iunges
Adsit adeps porcæ mira est hec forma medelæ
Iunge chelidoniis ac sic line uulnera succis
Quodq; recens ussit glacies axungia simplex
Mulcet & ex facili grata est medicamine cura

Venenis prohibendis: c 60

Vt tutus fias infeste fraude nouercæ.
Vel quicunq; tuo carpetur liuidus auctu
Non expectatis eat obuia cura uenenis.
Ante cibos igitur iuglandis fetus edatur
Prosunt electri manantia pocula uirus
Preterea cocte querno cum cortice lymphæ
Conueniunt potu demersa ue ficus oliuo
Sæpe etiam raphanū predixit numen edendū
Antidotus uero multis mitridatica fertur.
Consociata modis sed Magnus scrinia regis
Cum caperet uictor uilem deprendit in illis
Sinthesin: & uulgata satis medicamina risit.
Bis denas rute frondes salis & tria grana.
Iuglandesq; duas terno cum corpore ficus
Hæc orieute die parco conspersa lyeo
Sumebat metuēs: dederat quod pocula matri.
Si nequit infandum præuertere cautio uirus
Proximus ille gradus data pocula pellere cura.

Lacte aſinę placideqꝫ bouis prodeſſe loquunt̃.
Vectonicam ex paruo ſumunt pleriqꝫ lyeo.
Quod ſi hederę ſuccũ quę truncis hęreat altis.
Inſtilles: paruis poterunt haud ulla nocere
Pocula: quę quiſquam ſęuis uitiauerit herbis.
Si quis hioſciamum guſtarit lacte capellæ.
Ex hauſto rabidos poterit mulcere furores.

Vulneribus & rei dubie curandis.

Vulnera tabeſcunt ſpatio uitiata dierum.
Curaqꝫ nil prodeſt nec ducitur ulla cicatrix.
Sed tamen herbarum tam mira potẽtia pollet.
Vlceris annoſi ſinus ut coaleſcere poſſit.
Marrubium ſi ture coquas illoqꝫ liquore.
Vulnus atrox foueas: cineres ue hirũdinis atre
Inducas: leporis ue aſperſa coagula uino.
Aut hederam baccho decocta & ſemen anethi.
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
Lumbrici terre poterunt conducere uulnus
Aut facilis lapathi cumulatior ulcera purgat.
Aut cõmixtus adeps ullo ſed non ſale tactus.
Pinea preterea uiuo cum ſulphure cortex.
Et pice cũ ſpiſſa iam perdita membra reponit.

Verrucis tollendis.

Interdum exiſtit turpi uerruca papilla.

Hinc quondam fabio uerũ cognomen adhesit
Qui solus patrie cunctando restituit rem
Id poterit uitium sanguis curare lacertæ
Aut urina canis cum terra inducta madenti.
Aut herbæ succus que fertur nomine lether.
Est thytimallus item tali satis apta medelæ.
Si rupta inuersos fundit uerruca cruores.
Purpureo triti cineres de uellere prosunt
Quod fuerit uero conchili sanguine tinctum:

Hemorrohidibus medendis.

Excruciant turpes anum si forte papille.
Agrestis prodest radix super addita porri.
Ne uiolet sanũ iuglandis fragmine clausa.
Sal niueum sumes bethicum quẽ noĩe dicunt.
Dulcia cunq; nigra iunges fuligine mella.
Apponesq; super pellit medicina dolorẽ.

Q. SERENI SAMMONICI FINIS.

Ordo foliorum.

Primũ uacat	Fellis uomitui	Preter dicta
Desinet in	Vt mihi	Siue fimus
		Sic lacerat

Quedam emendāda :Sciptum est enim Ce lidonia pro Chelidonia. Allia uel triti ꝑ Aut oleo triti piperis tria candida grana. Si raro ꝑ Seu raro ablueris seu uis epota ueneni est. Tu re simul pro Tunde. Inuida si mulcet pro Liuida si maculat. Moretur pro moreretur. Exaltat pro exalat Senescunt pro sanescunt. Taurino pro Tauri·Angina uero ꝑ At Angina nitro. Colera pro cholere. Quo contra pro Et contra. Turisq; pro q; turis. Timidas ꝑ tumidas. Scito pro scit. Refertur pro referet Leliphagos ꝑ Lelisphagos. Vis ꝑ Ius. Decatartyma rite uocatur quidam codex hēt consit simul atq; uocat Mollit ꝑ mollis. Dissenteriæ: ꝑ disēteriæ. Aut edis in patinis teneris pro Aut bibis e patinis teneræ Gemitum pro genitū. Dum uana pro dannata. Vt olim mense pro ut menses olim. Nec non que pro nec nō &. Nereya per. i. Scie pro Ischiæ. Supersūt & hec rubum. sapyro. & uersus ille qui incipit. Nanq; oculos. Reliqua siqua sunt per se quisq; facile animaduertet.

Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento.

Bt. Sotheby. June 10. 1915
£ 4.

Angína

This ed. has the accepted reading (but with sibi omitted) for verse '282', on leaf 7b, line 3 from bottom.

Angina vero sibi mixtum ..

but see 'Quedam emendāda' on leaf 26

With a MS. 'emendation' to the usual reading — Ast angina — on which the argument for the pronunciation angína was formerly based.